Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ADROMA

Inuenerus sum non querentibus me
palam apparui his qui me non
interrogabant. ad israel autem quid
dicit. Tota die expandi manus
meas ad populum non credentem sed
contradicentem michi. XI

Dico ergo. Numquid repulit
dominus populum suum. Absit.
Nam et ego israelita sum ex
semine abrahe de tribu beniamin
Non repulit deus plebem suam quam
prestinuit. An nescitis in helia quid
dicit scriptura. Quem admodum
interpellat deum aduersum israel.
Domine prophetas tuos occiderunt
altaria tua suffoderunt et ego re
lictus sum solus et querunt ani
mam meam. Sed quid dicit illi
responsum diuinum. Reliqui mi
septem milia virorum qui non cur
uauerunt genua sua ante baal.
Sic ergo et in hoc tempore reliqu
secundum electionem gratie dei fac
te sunt. Si autem gratia iam
non ex operibus aliquin gratia iam
non est gratia. Quid ergo. Quod
querebat israel hoc non est consecu
tus. Electio autem consecuta est. Ce
teri autem excecati sunt sicut scriptum
est. Dedit illis deus spiritum com
punctionis. Oculos ut non videant
et aures ut non audiant usque in ho
dierniam diem. Et dauid dicit fi
at mensa eorum coram ipsis in la
queum et in capcionem et in scan
dalum et in retribucionem ipsis.
Obscurentur oculi eorum ne ui
deant. et dorsum eorum semper in
curua. Dico ergo. Numquid sic of
fenderunt ut caderent. Absit. Sed
illorum delicto salus est gentibus.
ut illos emulentur. Quod si delic
tum illorum diuitie sunt mundi.
et diminuicio eorum diuitie sunt
gentium. quantomagis plenitudo
eorum. Vobis enim dico gentibus. Qui
diu quidem ego sum gentium apis
ministerium meum honorificabo
si quomodo ad emulacionem prouocem
carnem meam et saluos faciam ali
quos ex illis. Si enim amissio eorum
reconciliatio est mundi. que assump
cio eorum nec mina ex mortuis. Quod
si delibatio sancta est et massa. et si
radix sancta et rami. Quod si aliqui
ex ramis fracti sunt. tu autem cum ole
aster esses. insertus es in illis. et so
cius radicis et pinguedinis olive fac
tus es. noli gloriari aduersus ramos
Quod si gloriaris non tu radicem por
tas. sed radix te. Dicis ergo. fracti
sunt rami ut ego inserar. Bene. Pro
incredulitatem fracti sunt. tu autem
stas fide. noli altum sapere sed time.
Si autem deus naturalibus ramis non
pepercit. ne forte nec tibi parcat. Vide
ergo bonitatem et seuitatem dei in
eos quidem qui ceciderunt seueri
tatem. in te autem bonitatem. si pma
seris in bonitate. aliquam et tu eri
deus. Sed et illi si non permanserint
in incredulitate inserentur. Potens
est deus enim iterum inserere illos.
Nam si tu ex naturali erasus es ole
astro et contra naturam inserius
es in bonam oliuam. quanto magis